

emergere, qui Senatoriâ mereantur luce radiare, ut laude conspicuis
deferatur gratia dignitatis. Erit ergo THESAURVS præfens
tali luce conspicuus, si & probari contingat: in quo
& pro Senatoriâ augendâ luce documenta non peni-
tùs contemnenda succurrent. Vestra res agitur, Viri
Clarissimi; nec qualiscumque, sed animæ, conscientiæ,
æternitatis: & sacra Sapientia, quæ in Consilio habi-
tationem suâ dignam Maiestate constituit, ut clamat
ipsa, dum ait: *Ego Sapientia habito in Consilio*; suos etiam
per me clamores cumulat: dignissima equidem quæ
& per me clamans, contemptibile aliàs organum,
dum oracula tantummodò veritatis insonant, audia-
tur. Ut & hoc loco sit etiam illud verissimum: *Sanavit*

Prout. 8.
v. 12.

Sapient.
10. v. 4.

iterum Sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans.
Cumque opere in ipso clamem, nec paucis profectò
clamoribus, ad felicissimi cursus Celsitudinis Vestræ
fortunatum exitum, ut sperare sat iuuat, profuturis:
hîc multus non ero, animum expressisse contentus;
temporarium nihil, pro quo Vestra solent fatigari sub-
sellia, penitùs affectantem. Deo, Deo, (ipsum testor)
non carni vnquam, aut sanguini militavi: & modò
Æternitati proximus militabo? Ne etiam

Horatius
Epist. 1.
Lib. 2.

*In publica commoda peccem,
Dum longo sermone moror tua tempora, Præses,
Præsidiumque Noui, curis & legibus, Orbis.*

CELSITVDINIS VESTRÆ

minor seruus

DIDACVS DE AVENDAÑO.

INGENVO LECTORI.



Acratoris Theologiæ partus iam pridem meditatus, ex quibus
aliqui publicam iam lucem conspexerunt, & scholis & sugges-
tibus pro meo voto, vtinam & successu parili, profuturi; aliud
nunc scriptionis genus aggredior, vt quod est ætatis & virium
reliquum, inter occupationes alias, religioso proprias instituto, commu-
nibus faciam vtilitatibus deseruire: *Et quamuis ætas & infirmitas quietem
potius desiderent, quam laborem, vt cum Goffrido loquar Lib. 1. Epist. 14.* illum
tamen, non quia necessarium, sed quia vtilem (quamquam & necessarium
erit fortè qui iudicet) non recuso, vbi & debiti officij videtur titulus per-
urgere. Per quinquaginta enim iam ferè annos Indiarum incola, & in
nobilissimo earum Tractu benignam & peculiarem Dei prouidentiam
expertus, non possum non me iisdem multipliciter agnoscere debitorem.
Ut ergo grati animi aliquale exhibeam monumentum (vtinam esset illud
ære perennius) id destinaui animo, quod operis Titulus repræsentat. Neque
enim generalem debui, aut potui, instructionem moliri, & ea omnia, quæ
ad iudiciales causas pertinent, geminatis & magnis voluminibus com-
prehendere, pro quo alij Iuris vtriusque Consultissimi defudarunt.

Buccæ

Noscenda est mensura tuæ:

Iuuenalis.

quod prudenter admonuit Iuuenalis *Satyræ* 2. Ideò rem conscientia præ-
fertim ago, & per sacra discuro, dilucido, licet breui sapius sæpè compen-
dio; quandoquidem materia grauitas non semper patitur breuitatem; a-
mabilem profectò, vt me alibi cum Diuo Hieronymo admonuisse re-
cordor.

Tomo 1.
Proble-
mas. in
Præfat.

Quòd Thesaurum dixerim, nemo, vt arbitror, sugillauerit: frequens
enim ille apud scriptores Titulus; vnde extant: *Thesaurus sacræ scripturæ,*
Thesaurus lingue sanctæ, Thesaurus lingue Latine, Thesaurus lingue Græcæ, The-
saurus vtriusque lingue, Thesaurus lingue Castellane, Thesaurus Catholicus, The-
saurus Ecclesiasticus, Thesaurus vtriusque Theologiæ, Thesaurus casuum conscien-
tia, Thesaurus Concionatorum, Thesaurus Geographicus, Thesaurus Politicus, The-
saurus Criticus, Thesaurus temporum, Thesaurus Sacerdotalis, Thesaurus Accur-
satus, Thesaurus precum, Thesaurus verborum, & omnium antiquissimus
Thesaurus orthodoxæ Fidei D. Cyrilli Alexandrini. Quos, & alios, vt iactan-
tia quidpiam præferentes, nullus sanæ mentis suis Auctoribus expo-
brauit. Et in præfenti quidem opere, vt Thesaurus dici possit, præter com-
munem illam rationem rerum plurium & vtilium in multorum commodum
congestarum; illud speciale occurrit, quòd scilicet pro Indiis militet, de
quarum promouendâ, & conuenienter vrgendâ conuersione agitur; quod
eximium ministerium D. Paulus, Gentium Doctor, Thesaurum compen-
dauit, dum 2. Cor. 4. v. 7. ita scripsit: *Habemus Thesaurum istum in vasis fi-*
etilibus: sic enim graues Scriptores explicant, vt videri potest apud Pa-
tres Cornelium & Menochium, & exactissimos alios Litteræ Scrutatores.
Tum etiam quòd cum ex Indiis magnæ in Europam transmittantur diui-
tiæ, quas Thesauri nomine vsus frequentissimus indicat, vnde vulgarissi-
mum illud, *El Tesoro de su Magestad;* qui transmitti scilicet quotannis
Thesauri Indici Tom. I.

2. Cor. 4.
v. 7.

†4

solet

folet: Non equidem eadem compellatione indignæ iudicandæ diuitiæ sapientiæ ex magnorum Auctorum scriptis, quali ex locupletissimis Mineris, eductæ, & in opus pro Indiis, & in Indiis elucubratum solerter aptatæ, indeque in Europam traiectæ, vt ad plures etiam vtilitas Thefauri huius deriuetur. Sapientissimi Regis, cuius ore diuina est ipsa locuta Sapientia, verba sunt illa: *Si quaesieris eam quasi pecuniam, & sicut Thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies.* Sic Salomon *Prouerb. 2. v. 4.* Minerarios ergo vult esse sapientiæ candidatos, & ita sibi Thesauros comparare. Sed non qualescumque; eos tamen, qui sapientiam habeant Dei timore peruigilem, & sic conscientia securitati indefessè consulentem. Hoc meum Opus, hic labor est *Thesaurus Indicus*: sed pro conscientia Indicorum quorumlibet instruendâ, *Diuitia salutis sapientia & scientia: timor Domini ipse est Thesaurus eius.* Et hoc etiam ex caelestis sapientiæ promptuario. *Isaie 33. v. 6.* cuius vaticinium ad Ecclesiam spectat, cum propagabitur fides, vt ibidem subditur: *& erit fides in temporibus tuis.* Sic multi apud P. Cornelium. Vnde congruentissimè ad Indiarum conuersionem adfiscendum, per quam est fides amplissimè propagata. Et isthæc satis, vt instituti nostri, & Tituli ratio sufficiens labeatur.

De ordine nihil, quem series ipsa designat, & sacrorum Canonum potest imitatione aliquatenus commendari. Stylus ipse se prodit; non equidem nimis elaboratus, quia pro huiusmodi rebus incongruus; sed non penitus inconcinnus. Cur enim talis? Quod in Ioanne Cassiano à Gennadio laudatum in *illustrum virorum Catalogo*, laudabiliter vsurpandum, dum sic ait: *Scriptis experientia magistrante, plano & librato sermone.* Sic ille. Potest ergo & planus esse & libratus, vbi de conscientia instructione, experientia magistrante, tractatur. Scio Origenem *Homilia 9. in Numer.* Theaurum, de quo locutus Apostolus, gratiam esse diuini spiritus censuisse, quæ in vasis fictilibus, id est, in sermonibus rudibus, inelegantibus, & impolitis, Legis & Euangelij abscondita continetur. Sed quis potens sicut Deus noster, qui sic gratia suæ potentiam manifestat? Nobis de humanis adminiculis addendum aliquid, quia humani sumus, & cum humanis agimus, vt & humano etiam palato, hæc illecebra ad sublimiora trahendo, blandiamur. Sic Patres, sic Doctores sacri; in quo, vti in re compertissimâ, non est cur ampliùs differamus. Neque plura, vt æstimo, à me Lector exquiret, cum sit experientia notum, paucis ex ijs, quæ huiusmodi sunt, contentos esse Lectores.

Prou. 2. v. 4.

Gennadii.

Origenes.

INDEX
TITVLORVM,
CAPITVM
ET PARAGRAPHORVM
TOMI PRIORIS.

TITVLVS I.

De Indiarum iure, & Catholicorum Regum obligationibus circa illarum administrationem.

CAPVT I.



N liceat de Indiarum iure, in Catholicis Regibus dubitare.

- §. I. Negatiua Positio stabilitur. Num. I. 7
- §. II. Responiones quorundam consultate. 7
- §. III. Certissimum donationis Pontificie fundamentum. 13
- §. IV. De gradu certitudinis Assertionis propositæ. 17
- CAPVT II. An earum terrarum, quæ occupata à Catholicis Regibus non sunt, possit tuta conscientia expugnatio, & Coloniarum deductio, alijs Christianis Principibus impediri. 23
- §. I. De infidelibus & hereticis quædam notatu digna præmittuntur. Ibid
- §. II. Circa Christianos Principes resolutio affirmatiua. 27
- CAPVT III. An Rex Catholicus Ministros Euangelicos in Indias proprijs expensis mittere teneatur; & quales futuri. 34
- Corollarium peculiare. 41
- CAPVT IV. Utrum exteri in negotio conuersionis Indorum rationabiliter excludantur. 42
- CAPVT V. An, & quomodo debeat & possit Rex Catholicus Conquistorum merita munerari. 47
- CAPVT VI. An præmia, quæ videntur Conquistorum propria, tuta conscientia possint alijs, in Hispania præsertim degentibus, applicari. 57

CAPVT VII. An licitè possint Reges Catholici Ecclesiasticos benemeritos Indiarum ob eum titulum in Beneficiorum presentationibus anteferre. 62

CAPVT VIII. An Rex Catholicus specialiter instructus esse debeat circa res Indicas, & ea, quæ in ipsis geruntur, graui conscientia obligatione. 77

CAPVT IX. An Rex Catholicus tuta possit conscientia eligere ad Indica officia quos velit. Regio non audito Consilio, vel ipsius iudicium non secutus, etiam in Ecclesiasticis. 83

CAPVT X. An in Beneficijs simplicibus, quæ sunt Regie prouisionis, in Indijs: & per concursum conferuntur, possit Rex Catholicus minus dignum præponere digniori. 89

CAPVT XI. An Rex Catholicus sine lethalis culpe reatu Indos possit, aut eorum aliquos, in totalem redigere seruitutem. 98

§. I. De generali seruitute resolutio negatiua. 98

§. II. Quomodo aliquando licita Indorum seruitus. 103

CAPVT XII. Minerisne effodiendis possint Indi, talem non meriti penam, sine labe culpe lethalis addici. 109

CAPVT XIII. An Reges Catholici securâ conscientia indulgere possint, aut permittere, Indorum seruitium personale. 119

CAPVT XIV. An Indi licitè possint ad labores alios Reipublicæ viles inuiti conducti, vel id debeant sub graui culpa reatu Reges Catholici prohibere. 125

§. I. Recensentur labores, & diuersæ sententiæ, ac prima Assertio proponitur. 125

§. II. Assertiones aliæ pro Indorum operis magis in speciali. 129

§. III. Duæ aliæ Assertiones cum resolutione vtilis questionis. 133

§. IV. Assertio 7. circa Cocam, & notanda. 15